Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

gratiae plenitudo. Profecto qd scriptum est non esse aliud nomen
sub caelo in quo oportet saluos fieri nos. ex illo tempore uel ad saluan
dum genus humanum ex quo in Adam omnes mortui sunt.
Et in Christo omnes uiuificabuntur. Quia sicut in regno mortis nemo
sine Adam. Et in regno uitae nemo sine xpo. Sicut per Adam omnes.
et per xpm omnes iusti homines. Sicut per Adam omnes mortales
in poenam facti sunt filii saeculi. Et per xpm omnes in mortales in gratia
fiunt filii dei. Cur autem creduntur et iam illi quos creator potuit
addam natio nem non ad gratiam perducere. beatus apostolus tanto
succinctiore breuitate. quanto maiore auctoritate commemorat.
Omnem enim dicit uolentem ostendere iram. et demonstrare potentiam
suam. attulisse in multa patientia uasa irae. quae perfecta sunt
in perditionem. Et ut notas facere diuitias gloriae suae in uasa
misericordiae. quem superius dixerat. tamquam figulum luti
ex eadem massa facere aliud uas in honorem. aliud in contumeliam.
Merito autem uidetur iniustum. quod fiunt uasa irae. ad perditionem.
sine ira. ipsa uniuersa ex eadem massa damnata. Quo de ergo fiunt
in denascendo uasa irae. pertinet ad debitam poenam. Quod autem
fiunt renascendo uasa misericordiae. pertinet ad indebitam gratiam.
Ostendit ergo dei iram suam. et notitiam: animi perturbationem sicut est
quae circa homines nuncupantur. sed iuxta fixam uindictam
quae de furore inobedientiae ducitur. per pacem peccati atque supplicii.
Et homo natus ex muliere. sicut in libro iob scriptum est. breuis est
uita. et plenus ira et miseriae. Cui enim rei uas est quae plenus est.
uindictae uasa dicuntur. Ostendit et potentiam suam quae beneficitur
et iam malis. multa in illis naturalia et temporalia bona largiens.
eorum quem malitiam ad exercendos. et comparatione ammonendos.
Bonos ad commodans utineis discant agere gratias deo. quod aliis
non sunt merita. quia in eadem massa paria fuerunt. sed illius
miseratione diuersis. quod maxime apparet in parulis.